



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 57. Primi pacis Articuli effectui dati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

ci, ac Salutarum Marchioni obsidionales fossas transeuntibus, ab omni insultu periculo cautum esset, ipsemet Mantuæ Marchio lubens sese obsidem obtulit.

ætal. XV.  
A.C. 1495.

## §. LVII.

*Primi pacis articuli effectui dati.*

Verum non ita facilis erat executio hujus articuli de Aureliæ Ducis discessu, quam promptum esset illius desiderium; Præsidarii enim milites tam Ducis, quam Salutarum Marchionis absentia graviter oblectabantur, veriti, ne utroque extra discriminis aleam posito, ceterorum salus negligeretur; unde seditionem conflant, ambos Principes comprehendunt, ac non sine excubiis custodiunt, significantque, eos, cum illorum jussu in commune hoc periculum conjecti essent, pari se cum illis fato, aut libertatis, aut mortis socios omnino futuros. Ergo fides datur, illos, utcumque res esset, evoluta tridui spacio libertati asserendos esse, atque in promissi pignus Rochefortius Giensis Marescalli Neptos illis obses relinquitur. Nec pollicitationi integra fides deerat; quippe altera mox die Oratores communi suffragio decernebant, ut Galli ex pacto a Novarrensi urbe discederent, arcem non

Sæcul. XV. nisi triginta præfidiariis, unoque Duce  
 A.C. 1495. unitam tenerent, his vero data pecu-  
 nia commeatus suppeditaretur, donec  
 foederis pacto ultima manus accessisset;  
 denique urbs civium præsidio defenderetur.  
 Ceterum, ex quinque millibus,  
 quibus præsidium constabat, ægre sex-  
 centi recensentur milites, qui ad ar-  
 ma gerenda idonei essent, nec ultra e-  
 quites numerabantur, eoquod ad pellen-  
 dam famem equi mactati fuissent.

## §. LVIII.

*Obstacula foederis.*

*Comm. l. c.  
 cap. II.*

Primis hisce articulis effectui datis, de  
 summa foederis agebatur, nempe de  
 tradenda Novarrensi urbe; verum jam  
 quintum decimum diem consultatio te-  
 nebat, quin tamen vel ulla conditio  
 mutuo consensu firmaretur, imo adeo  
 exarsere contendendum studia, ut Aure-  
 liæ Dux, qui colloquium dissolvi petebat,  
 Arausionensem Principem mendacii ar-  
 gueret, ipsosque Helvetios concitaret,  
 ut manus conferri, alta voce postularent.

## §. LIX.

*Articuli pacis cum Francia.*

Nihilominus insuper habitis hisce jurgiis,  
 tandem foedus die decima Octo-  
 bris